2

& uenient uobis · & cum statis ad orationē · dimittite
si quid habetis aduersus aliquem · ut & pater uester
qui in caelis est · dimittat uobis delicta uestra ·
Quod si uos non dimiseritis · nec pater uester qui
in caelis est · dimittet uobis peccata uestra ·

INCIPIT CONFESSIO CUIUS LIBET SAPIENTIS ·

Quando uolueris confessionem facere peccatorum tuoꝝ
uiriliter age & noli erubescere · quia inde uenit indul
gentia a dō · ubi uerecundia non ē seipsum sacerdoti
ostendere · quia sine uera confessione non est re
missio · In primis p̄sterne te humiliter in conspec
tu dī in terram adorationem · & roga dñm dm̄ omni
potentem · & beatam mariam cum scīs apostolis · &
martyribus · & confessoribus · & uirginibus · ut interce
dant pro te · ut dñs omnipotens dignetur tibi dare ueram
sapientiam · & perfectam fiduciā · & indulgentiā ueram
ad confitendum peccata tua · Et postea surge · & cum
fiducia & uera credulitate · dic illi dī seruo cui confessus es ·
Dño dō omnipotenti confessus sum peccata mea & omni
bus scīs suis · & tibi dī misso quae feci ex quo sapere incipi ·
In cogitatione & in uerbo & in opere · aut in iuramentis ·
& periuriis · aut maledictis · & detractionibus · aut per
otiosis sermonibus · & per odium · uel iram · aut per inui
diam · & concupiscentiam gulę · aut p̄ somnolentiā · &
p̄ sordidis cogitationibus · uel concupiscentiā oculorū ·
aut p̄ uoluptuosam aurium delectationem · aut pro
asperitate pauperum · & tarde xpm̄ in carcere uisi
taui · & peregrinos neglegenter excepi · & secundum
promissionem nrām in baptismo · hospitibus peder

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0009